

multitudinem in vinculis, et carce-
ribus captivam longo tempore cru-
ciaverat. Quapropter Pisani^u exerci-
tus in trecentis navibus ad Christia-
nos liberandos in die sancti Lacti de
Armi faucibus exivit, et cum in Tar-
siniam devenisset totus exercitus ad
portum Capalbi applicuit. Quo in lo-
co fere omnibus discordantibus ad pa-
cem reductis, Ducatus marini iti-
neris Pedulis committitur, Quorum
signa omnis exercitus contra Majo-
ricam consequitur. Sed illis tandem
in Pelagus aberrantibus, et rectum
iter ignorantibus dimissa Majori-
ca divisi, et dispersi in partes Bar-
chinense tandem ad portum Sancti
Felicio de Girunda convenerunt. In
hujus igitur exercitus adventu tota
provincia maximo excolitur gau-
dio, et exclamat se cum Pisanis vel-
le fieri participem Majoricę tri-
umphy. Quare Pisano exercitui Ray-
mundus Barchoneⁱⁿⁿ palatinus comes,
et ejusdem civitatis pontifex, et
comes Ampuri, et Hymericus Ne-
bonensis, et Guillelmus Texulani-
montis, Raymondus quoque de Balso,

Sarni
Sarni cod.

committitur

Barchinense

Majorice Triumphy

Guillelmus